

opprimant. Hunc quod causa non immundos spiritus iubeat tacere. et si de-
 remus. Sed hoc nobis scriptura aperit. quod peccatori dicit dominus. quod re tu-
 narias iusti cial meas. Et ne quis dum predicantem audit. sequatur erian-
 te. Impius enim magister est diabolus. qui falsa ueris sepe promiscet.
 ut subspecie ueritatis. testimonium fraudis obterat. Et nota illud est
 sideremus. utrum hic primum mandauerit discipulis ne cui drent quod
 ipse esset christus. an et uante mandauerit quando apostolos. xii. destina-
 uit. denuntians illis. in uiam gentium ne abieritis. in ciuitates
 samaritanarum ne introieritis. Ite autem ad oues que pierunt domus
 israhel. egrotos curate. leprosos mundate. demones inquit eicete. et
 diserte quod in ea digni sit. atque ibi manete. Itaque. nec hic manda-
 tum uidetur. ut christum dei filium predicarent. Ordo ergo disputationis est.
 ordo tractatus. et ideo non nos cum aliquo ex gentibus uocant ad proclamam-
 ta preceptorum serie formare debemus. ut primo unum deum auctorem
 mundi omniumque esse doceamus. in quo uiuimus et sumus et mouemur. cuius
 generis sumus. ut non solum propter munera lucis et uitae. uerum et propter co-
 gnationem quondam generis diligendum a nobis sit. Deinde opinionem
 illam que est de idolis destruamus. quod non possit auri argenti que si-
 gni materia uim in se habere diuinam. Cum unum deum esse persuaseris.
 tunc iudicio eius astrues per christum nobis salutem datam. in eipiens ab il-
 lis que gessit in corpore. et ea diuina descibens. ut plura quam homo
 fuisse uideatur. uictam unius uirtute mortem. mortuumque ab inferis
 suscitatum. Paulatim enim fides crescit. ut cum super homines fuisse
 uideatur. deus esse credatur. Haec non probaueris quod facere illa sine diuina
 uirtute non potuit. quod admodum potes probare in eo uim fuisse diui-
 nam. Sed fortasse nobis parum auctoritatis et fidei deferat. Lege sermo-
 nem apostoli apud athenienses habitum. qui si apud destruere uoluisset.
 ceremonias idolorum. sermonem eius aures gentiliu respuissent. Ab
 uno ergo deo operatore mundi incipit dicit. Deus qui fecit mundum et cuncta
 que sunt in eo. Negare non poterant unum operatorem esse mundi. unum deum.

N